

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

M. Tvllii Ciceronis|| Epistolae Familiares.||

Cicero, Marcus Tullius

Venetiis, 1565

Liber XV.

[urn:nbn:de:gbv:45:1-724041](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:45:1-724041)

CICERONIS EPISTOLARVM

AD SENATVM, ET ALIOS,

LIBER XV.

ARGVMENTVM.

Cū Parthi maximis copiis Euphratem, qui terminus erat imperii Romani, transissent, sollicitus Cicero de sua prouincia, item de reliquis, quae ab impetu belli nō longe abessent, monet ut maiores exercitus summittantur.

Cicero procos. s. d. cos. praet.

Sulpicio & Marcelio cos.

trib. pl. s. p. q. r.

I V O S bene ualetis, bene est: ego

S quidem ualeo. Etsi non dubie mihi nunciabatur, Parthos transisse Euphratem cum omnibus fere suis copijs: tamen, quod arbitrabar a M. Bibulo procos. certiora de his rebus ad uos scribi posse, statuebam mihi non necesse esse publice scribere ea, quae de alterius prouincia nunciarentur. postea uero quam certissimis auctoribus, legatis, nuncijs, litteris sum certior factus: uel quod tanta res erat, uel quod nondum audieramus Bibulum in Syriam uenisse, uel quia administratio huius belli mihi cum Bibulo paene est cōmunis; quae ad me delata essent, scribenda ad uos putavi. Regis Antiochi Cōm-

terminum imperii Romani.

ep. 3. & 4.

Iustinus l. 41.

O O 4 XIII.



XIII. Kal. Oct. cum exercitum in Ciliciam ducerem, in finibus Lycaoniae, et Cappadociae mihi litterae redditae sunt a Tarcōndimoto, qui fidelissimus socius trans Taurum, amicissimusq. populi R. existimatur; Pácorum, Orodis regis Parthorum filium, cum permagno equitatu Parthico transisse Euphratem, & castra posuisse Tybae; magnumq. tumultum esse in prouincia Syria excitatum. eodem die ab Iámblico, philarcho Arabum, quem homines opinantur bene sentire, amicūq. esse reip. nostrae, litterae de iisdem rebus mihi redditae sunt. His rebus allatis, etsi intelligebam socios infirme animatos esse, & nouarum rerum expectatione suspensos: sperabam tamen eos, ad quos iam accesseram, quiq. nostram consuetudinem, integritatemq. perspexerant, amiciores populo R. esse factos; Ciliciam autem firmiorem fore, si aequitatis nostrae particeps facta esset. & ob eam causam; & ut opprimerentur ij, qui ex Cilicum gente in armis essent; & ut hostis is, qui esset in Syria, sciret exercitum populi R. non modo non cedere his nuncijs allatis, sed etiam propius accedere; exercitum ad Taurum institui ducere. sed, si quid apud uos auctoritas mea ponderis habet, in ijs praesertim rebus, quas uos audistis, ego paene cerno; magnopere uos et hortor, et moneo, ut his prouincijs, serius uos quidem, quam decuit, sed aliquando tamen consulatis, nōs quemadmodum instru-

Strabo lib. 14.
Dio lib. 41. 50.
& 54.

ep. 18. lib. 5 ad
Att. Iustinus l.
42. caesum a
Venditio Paco-
rum cum uni-
uerso exercitu
tradit.

Tarcondimoti
filio. Strabo
lib. 16.

in quā nondum
peruenerat, cū
tamen esset in
prouincia sua.
uide ep. 67.
lib. 13.

ep. sequenti.

instructos, & quibus praesidijs munitos ad tan-
 ti belli opinionem miseritis, non estis ignari.
 quod ego negotium, non stultitia obcaecatus, sed
 uerecundia deterritus, non recusavi. neque enim
 umquam ullum periculum tantum putavi, quod
 subterfugere mallet, quam uestrae auctoritati
 obtemperare. hoc autem tempore res sese sic ha-
 bet, ut, nisi exercitum tantum, quantum ad
 maximum bellum mittere soletis, mature in has
 prouincias miseritis, summum periculum sit, ne
 amittendae sint omnes hae prouinciae, quibus ue-
 stigalia populi R. continentur. quamobrem au-
 tem in hoc prouinciali delectu spem habeatis ali-
 quam, caussa nulla est. neque multi sunt: & dif-
 fugiunt, qui sunt, metu oblato: &, quod genus
 hoc militum sit, iudicauit, uir fortissimus, M.
 Bibulus in Asia: qui, cum ei permisisset, dele-
 ctum habere noluerit. nam sociorum auxilia,
 propter acerbitem, atque iniurias imperij no-
 stri, aut ita imbecillia sunt, ut non multum nos
 iuuare possint; aut ita alienata a nobis, ut ne-
 que expectandum ab ijs, neque committendum
 ijs quidquam esse uideatur. regis Deiotari & uo-
 luntatem, & copias, quantaecumque sunt, no-
 stras esse duco. Cappadocia est inanis. reliqui re-
 ges, tyranniq. neque opibus satis firmi, nec uo-
 luntate sunt. mihi, in hac paucitate militum, ani-
 mus certe non deerit: spero ne consilium quidem.
 quid casurum sit, incertum est. utinam salutis no-
 strae

ep. 5. lib. 8.

duas legiones
 habebat ep. 15.
 lib. 5. ad Act.

Syriae consulere possimus: dignitati certe consule-
mus. Valete.

A R G. Exponit, quid in provincia, audito Parthorum
aduentu, egerit ad tuendam provinciam, & socios in fide con-
tinendos: addit de Ariobarzane rege ab insidijs liberato.

Sulpicio & Mar-
cello cos.

Cicero procos. S. D. cos. praet.

trib. pl. s. P. Q. R.

2

ep. 6. 1. 3. & ad
Att. ep. 13. 1. 5.

de hoc mode-
ste queritur.
ep. antecedenti:

idē scribit ad
Appium ep. 6.
lib. 3.
cuius soror nu-
pta erat Paco-
ro, regis Par-
thorum filio. Ap-
pianus in Par-
thico infra
ep. 3.

Si uos bene ualetis, bene est: ego quidem ua-
leo. Cum pridie Kal. Sext. in provinciam ueniss-
sem; neque maturius propter itinerum, & na-
uigationum difficultatem uenire potuissem: ma-
xime conuenire officio meo, reiq. pub. conduce-
re putavi, parare ea, quae ad exercitum, quaeq.
ad rem militarem pertinerent. quae cum essent a
me cura magis, & diligentia, quam facultate,
& copia, constituta; nunciique, & litterae de
bello a Parthis in provinciam Syriae illato quoti-
die fere afferrentur: iter mihi faciendum per Ly-
caoniam, & per Isauros, & per Cappadociam
arbitratus sum. erat enim magna suspicio, Par-
thos, si ex Syria egredi, atque irrumperere in me-
am provinciam conarentur, iter eos per Cappa-
dociam, quod ea maxime pateret, esse facturos.
itaque cum exercitu per Cappadociae partem eam,
quae cum Cilicia continens est, iter feci: castraq.
ad Cybistra, quod opidum est ad montem Tau-
rum, locavi: ut Artuafdes, rex Armenius, quo-
cumque animo esset, sciret non procul a suis fini-
bus exercitum populi Romae esse: & Deiotarum, si-
delissimum

delissimum regem, atque amicissimum reip. nostrae, maxime coniunctum haberem, hominem cuius & consilio, & opibus adiuuari posset res. quo cum in loco castra haberem; equitatumq. in Ciliciam misissem; ut & meus aduentus ijs ciuitatibus, quae in ea parte essent, nunciatus, firmiores animos hominum faceret; & ego mature, quid ageretur in Syria, scire possem: tempus eius tridui, quod in ijs castris morabar, in magno officio, & necessario mihi ponendum putavi. cum enim uestra auctoritas intercessisset, ut ego regem Ariobarzanem, Euseben, & Philoromaeum, tuerer; eiusq. regis salutem, & incolumitatem regni defenderem; regi, regnoq. praesidio essem; adiunxissetisque, salutem eius regis populo, senatuiq. magnae curae esse; quod nullo umquam de rege decretum esset a nostro ordine: existimaui me iudicium uestrum ad regem deferre debere, eiq. praesidium meum, & fidem, & diligentiam polliceri: ut, quando salus ipsius, & incolumitas regni mihi commendata esset a uobis, diceret, si quid uellet. Quae cum essem in consilio meo cū rege locutus; initio ille orationis suae nobis maximas, ut debuit, deinde etiam mihi gratias egit; quod ei permagnum, & perhonorificum uidebatur, senatui, populoque R. tantae curae esse salutem suam, meq. tantam diligentiam adhibere, ut & mea fide, & commendationis uestrae auctoritas perspici posset. atque ille
 primo,

infra, ep. 4.

sic appellabatur a Romanis, graecis nominibus ad latinam consuetudinē traductis, id est, pius, & amicus Romanorum. uide ep. 17. l. 2.

primo, quod mihi maximae laetitiae fuit, ita mecum locutus est, ut nullas insidias neque uitae suae, neque regno diceret se aut intelligere fieri, aut etiam suspicari. Cum ei ego gratulatus essem, idq. me gaudere dixissem, cohortatus ut recordaretur casum illum interitus patèrni, & uigilanter se tueretur, atque admonitu senatus consuleret salutis suae: tum a me discessit in opidum Cybistra. postero autem die cum Ariarathe, fratre suo, & cum paternis amicis, maioribus natu, ad me in castra uenit: perturbatusque, & flens, cum idem & frater faceret, & amici, meam fidem, uestram commendationem implorare coepit. cum admirarer, quid accidisset noui; dixit, ad se indicia manifestarum insidiarum esse delata; quae essent ante aduentum meum occultata, quod ij, qui ea patefacere possent, propter metum reticuisissent: eo autem tempore, spe mei praesidiij, complures ea, quae scirent, audacter ad se detulisse: in his amantissimum sui, summa pietate praeditum, fratrem dicere ea, quae is me quoque audiente dicebat, se sollicitatum esse, ut regnare uellet: id, uiuo fratre suo, accidere non potuisse: se tamen ante illud tempus eam rem nunquam in medium propter periculi metum protulisse. Quae cum esset locutus; monui regem, ut omnem diligentiam ad se conseruandum adhiberet: amicosq. in patris eius fidem, atque iudicio probatos, hortatus sum, regis sui uitam, docti

uidetur Ario-
barzanes rex,
cui senatus
Cappadociae
regnum largi-
tus erat, infi-
dijs interfe-
ctus. de quo
Iustinus l. 38.
& hic ep. 17.
lib. 2.

ditionem, Fi-
de, plerique ue-
teris libri non
habent.

casu acerbissimo patris eius, omni cura, custodiaq. defenderent. Cum rex a me equitatum, cohortesq. de exercitu meo postularet: etsi intelligebam uestro s. c. non modo posse me id facere, sed etiã debere; tamen, cum resp. postularet, propter quotidianos ex Syria nuncios, ut quamprimum exercitum ad Ciliciae fines adducerem; cumq. mihi rex, patefactis iam insidijs, non egere exercitu populi R. sed posse se suis opibus defendere uideretur; illum, cohortatus sum, ut in sua uita conseruanda primum regnare disceret; a quibus perspexisset sibi insidias paratas, in eos uteretur iure regio, poena afficeret eos, quos necesse esset; reliquos metu liberaret; praesidio exercitus mei ad eorum, qui in culpa essent, timorem potius, quam ad contentionem uteretur: fore autem, ut omnes, quando s. c. nossent, intelligerent me regi, si opus esset, ex auctoritate uestra praesidio futurum. Ita, confirmato illo, ex eo loco castra moui, & iter in Ciliciam facere institui; cum hac opinione e Cappadocia discederem, ut consilio uestro, casu incredibili, ac paene diuino, regem, quem uos honorificentissime appellassetis nullo postulante, quemq. meae fidei commendassetis, & cuius salutem magnae uobis curae esse decreuissetis, meus aduentus praesentibus insidijs liberasset. quod ad uos a me scribi, non alienum putauit, ut intelligeretis ex ijs, quae paene acciderunt, uos multo ante, ne ea acciderent, prouidisse.

Eoq.

erat enim adole-
lescens appel-
latus a senatu
rex Cicerone
consule. ep. 17.
lib. 2.

qui prouidistis
multo ante, ne
acciderent ea,
quae paene ac-
ciderunt, facto
S. C. de Arrio-
barzane.

Eoq. uos studiosius feci certiores, quod in rege Ariobarzane ea mihi signa uideor uirtutis, ingenij, fidei, beneuolentiaeque erga uos perspexisse, ut non sine caussa tantam curam, diligentiamque in eius uos salutem uideamini contulisse. Valete.

de quo decreuistis, quod nullo unquam de rege.

ARG. Scribit de rumore Parthici belli: & affert excusationem, cur publice non scripserit.

M. Cicero imp. s. D. M. Catoni.

ep. 1. & 4.

Artuafdis ep. 2.

Arabum ep. 4.

Euphrates erat terminus Parthicae prouinciae.

quocum nupta erat filia Catonis. Plut. in Bruto. quia Syria, Bibuli prouincia. Parthis finitima.

CVM ad me legati, missi ab Antiocho Commageno, uenissent in castra ad Iconium ante diem III. non. Sept. ij. q. mihi nunciassent, regis Parthorum filium, quocum esset nupta regis Armeniorum soror, ad Euphratem cum maximis Parthorum copijs, multarumque praeterea gentium magna manu uenisse, Euphratemque iam transire coepisse; dicitque, Armenium regem in Cappadociam impetum esse facturum: putavi pro nostra necessitudine me hoc ad te scribere oportere. publice propter duas causas nihil scripsi: quod et ipsum Commagenum legati dicebant ad senatum statim nuncios, litterasque misisse; & existimabam M. Bibulum procos. qui circiter id. Sext. ab Epheso in Syriam nauibus profectus erat, quod secundos uentos habuisset, iam in prouinciam suam peruenisse: cuius litteris omnia certiora perlatum iri ad senatum putabam. Mihi, ut in eiusmodi re, tantoque bello, maxime curae est, ut, quae copijs, & opibus tenere uix possumus, ea mansuetudine, & continentia nostra, sociorum

ciorum fidelitate teneamus. Tu uelim, ut consueſti, nos absentes diligas, & defendas. Vale.

AR G. Narrat, quae in prouincia gesserit: pro quibus rebus a Catone petit, ut in senatu supplicationes sibi decernat.

M. Cicero imp. s. d. M. Catoni. 4

SUMMA tua auctoritas fecit, meumq. perpetuum de tua singulari uirtute iudicium, ut magni mea interesse putarem, & res eas, quas gessissem, tibi notas esse, & non ignorari a te, qua aequitate, & continentia tuerer socios, prouinciamq. administrarem. his enim a te cognitis, arbitrabar facilius me tibi, quae uellem, probaturum. Cum in prouinciam pridie Kal. Sext. uenisssem, & propter anni tēpus ad exercitum mihi confestim esse eundem uiderem; biduum Laodiceae fui, deinde Apameae quattriduum, triduum Synnadis, totidem dies Philomeli. quibus in opidis cum magni conuentus fuissent; multas ciuitates acerbissimis tribūtis, & grauissimis usuris, & falso aere alieno liberaui. cumq. ante aduentum meum seditione quadam exercitus esset dissipatus; quinque cohōrtes sine legato, sine tribuno mil. denique etiam sine centurione ullo apud Philomelum consedisent; reliquus exercitus esset in Lycaonia: M. Anneio legato imperaui, ut eas quinque cohortes ad reliquum exercitum duceret; coactōq. in unum locum exercitu, castra in Lycaonia apud Iconium faceret. quod cum ab illo diligenter esset actum; ego in castra ad VII.

Kal.

ad Att. ep. 16.
lib. 5. & hic
ep 8. 1. 3.

uide ep 7. 8. &
10. lib. 3.

puto significari eas, de quibus ad Appianū scribit ep. 6. lib. 3.

cp. 1. & 3.

Kal. Sept. ueni: cum interea superioribus diebus ex s. c. & euocatorum firmam manum, et equitatum satis idoneum, & populorum liberorum, regumq. sociorum auxilia uoluntaria comparauissem. interim cum, exercitu lustrato, iter in Ciliciam facere coepissem; Kal. Sept. legati a rege Cōmmageno ad me missi, pertumultuose, neque tamen non uere, Parthos in Syriam transisse, nunciauerunt. quo audito, uehementer sum commotus cum de Syria, tum de mea prouincia, de reliqua denique Asia. itaque exercitum mihi duendum per Cappadociae regionem eam, quae Ciliciam attingeret, putauit. nam si me in Ciliciam demissem; Ciliciam quidem ipsam propter montis Amani naturam facile tenuissem; (duo sunt enim aditus in Ciliciam ex Syria, quorum uterque paruis praesidijs propter angustias intercludi potest: nec est quidquam Cilicia contra Syriam munitius) sed me Cappadocia mouebat, quae patet a Syria, regesq. habet finitimos; qui etiam si sunt amici nobis, tamen aperte Parthis inimici esse non audent. itaque in Cappadocia extrema, non longe a Tauro, apud opidum Cybistra castra feci; ut & Ciliciam tuerer; & Cappadociam tenens, noua finitimorum consilia impedirem. Interea in hoc tanto motu, tantaq. exspectatione maximi belli, rex Deiotarus, cui non sine causa plurimum semper & meo, & tuo, & senatus iudicio tributum est, uir cum beneuolentia, & fide

fide erga populum R. singulari, tum praesentia, magnitudine, & animi, & consilij, legatos ad me misit, se cum omnibus suis cōpijs in mea castra esse uenturum. Cuius ego studio, officioq. commotus, egi ei per litteras gratias: idq. ut maturaret, hortatus sum. Cum autem ad Cybistra propter rationem belli quinque dies essem commoratus; regem Ariobarzanem, cuius salutem a senatu te auctore commendatam habebam, praesentibus insidijs nec opinantem liberaui; neque solum ei saluti fui, sed etiam curavi, ut cum auctoritate regnaret. Metram, & eum, quem tu diligenter mihi commendaras, Athenaeum, importunitate Athenaidis exsilio multatos, maxime apud regem auctoritate, gratiaq. constitui. Cumq. magnum bellum in Cappadocia concitaretur, si sacerdos armis se, quod facturus putabatur, defenderet, adolescens & equitatu, & pediatu, & pecunia paratus, & toto, ijs qui nouari aliquid uolebant: perfeci, ut e regno ille discederet; rexq. sine tumultu, ac sine armis, omni auctoritate aulae communita, regnum cum dignitate obtineret. Interea cognoui multorum litteris, atque nuncijs, magnas Parthorum copias, & Arabum ad opidum Antiochiam accessisse, magnumq. eorum equitatum, qui in Ciliciam transisset, ab equitum meorum turmis, & a cohorte praetoria, quae erat Epiphaneae praesidij causa, occidione occisum. Quare cum uide-

cohortes x x x.
equitum M M.
uide ad Acc. ep.
18. lib. 5. & 1.
lib. 6.

ep. 18. lib. 13.

uide scholium.

uide scholium.

quos in Ciliciā
praemiserat. ui
de supra, ep. 2.

PP rem,

Cassio insequē
re. uide ep. 28.
lib. 5. ad Att.

Galati 2.

ep. 10. lib. 2.

ad Att. ep. 20.
lib. 5.

cuius auaritiā
carpit ep. ulci-
ma 1. 5. ad Att.

rem, a Cappadocia Parthorum copias aduersas,
non longe a finibus esse Ciliciae; quam potui maxi-
mis itineribus ad Amanum exercitum duxi. quo
ut ueni; hostem ab Antiochia recessisse, Bibulū
Antiochiae esse cognoui; Deiotarumq. confestim,
iam ad me uenientem cum magno, & firmo equi-
tatu, & peditatu, & cum omnibus suis copijs,
certiorem feci, non uideri esse causam, cur abes-
set a rēgno; meq. ad eum, si quid forte noui acci-
disset, statim litteras, nunciosq. missurum esse.
cumq. eo animo uenissem, ut utrique prouinciae,
si ita tempus ferret, subuenirem: tamen id, quod
iam ante statueram uehementer interesse utrius-
que prouinciae, pacare Amanum. & perpetuum
hostem ex eo monte tollere, agere perrexi. cumq.
me discedere ab eo monte simulassem, & alias
partes Ciliciae perere; abessemq. ab Amano iter
unius diei; & castra apud Epiphaneam fecissem:
ad 14. id. Oct. cum ad uesperasceret, expedito
exercitu ita noctu iter feci, ut ad 11. id. Oct.
cum lucefceret, in Amanum adscenderem: distri-
butisq. cohortibus, & auxilijs, cum alijs Quin-
ctus frater legatus mecum simul, alijs C. Pon-
tinius legatus, reliquis M. Anneius, & L. Tul-
lius, legati, praeesent, plerosque nec opinantes
oppressimus; qui occisi, captiq. sunt, interclusi
fuga. Eranam autem, quae fuit non uici instar,
sed urbis, quod erat Amani caput, itemq. Sepy-
ram, et Commorim, acriter, et diu repugnātibus,
Pontino

Pontinio illam partem Amani tenente, ex antelucano tempore usque ad horam diei decimam, magna multitudine hostium occisa, cepimus: castrisq. sex capta: complura incendimus. his rebus ita gestis, castra in radicibus Amani habuimus apud Aras Alexandri quattriduum: & in reliquis Amani delendis, agrisq. uastandis, quae pars eius montis meae prouinciae est, id tempus omne consumpsimus. confectis his rebus, ad opidum Eleutherocilicum Pindenissum exercitum adduxi. quod cum esset altissimo, et munitissimo loco; ab ijsq. incoletur, qui ne regibus quidem umquam paruissent; cum & fugitiuos reciperent, & Parthorum aduentum acerrime expectarent: ad existimationem imperij pertinere arbitratus sum, comprimere eorum audaciam, quo facilius etiam ceterorum animi, qui alieni essent ab imperio nostro, frangerentur. uallo, & fossa circumdedi: sex castellis, castrisq. maximis saepsi: aggere, uineis, turribus oppugnari: ususq. tormentis multis, multis sagittarijs, magno labore meo, sine ulla molestia, sumptu ue sociorum, septimo quinquagesimo die rem confeci; ut, omnibus partibus urbis disturbatis, aut incensis, compulsi in potestatem meam peruenirent. His erant finitimi, pari scelere, & audacia, Tibaranni. ab his, Pindenisso capto, obsides accepi: exercitum in hiberna dimisi: Quintum fratrem negotio praeposui, ut in uicis aut captis, aut male

uide ep. 10. l. 2.
& ad Act. ep.
20. lib. 5.

unica turri ep.
20. l. 5. ad Act.

ep. 20. lib. 5. ad
Act.

PP 2 pacatis



ut mihi supplicationes decernantur.

rogamus enim, quorum uoluntati non ualde confidimus: admonemus, quos optime animatos erga nos credimus. lib. 1. epist. 9. paene in e x t r e m o.

opinor, C. Antonio, cui decreta supplicatio, Dio l. 37.

ob extinctam coniurationem, Quinct. in Pisonem, Phil. 14.

si armis contra Clodium certe uoluisssem.

uide Pedianum.

pacatis exercitus collocaretur. Nunc uelim tibi sic persuadeas; si de his rebus ad senatum relatum sit, me existimaturum summam mihi laudem tributam, si tu honorem meum sententia tua comprobabis. idque, etsi talibus de rebus grauissimos homines & rogare solere, & rogari scio, tamen admonendum potius te a me, quam rogandum, puto. ut es enim is, qui me tuis sententijs saepissime ornasti; qui oratione, qui praedicatione, qui summis laudibus in senatu, in concionibus ad caelum extulisti; cuius ego semper tanta esse uerborum pondera putavi, ut, uno uerbo tuo cum mea laude coniuncto, omnia consequi me arbitrarer. Te denique memini, cum cuiusdam clarissimo, atque optimo uiro supplicationem non decerneres, dicere, te decreturum, si referretur ob eas res, quas is consul in urbe gessisset. Tu idem mihi supplicationem decreuisti togato, non, ut multis, rep. bene gesta, sed ut nemini, rep. conseruata. Mitto, quod inuidiam, quod pericula, quod omnes meas tempestates & subieris, & multo etiam magis, si per me licuisset, scire paratissimus fueris; quod denique inimicum meum, tuum inimicum putaris: cuius etiam interitum, ut facile intelligerem, mihi quantum tribueres, Milonis causa in senatu defendenda approbaris. A me autem haec sunt profecta, quae ego in beneficij loco non pono, sed in ueri testimonij, atque iudicij: non ut praestantissimas tuas uirtutes tacitus admirarer

rarer; (quis enim id non facit?) sed in omnibus orationibus, sententijs dicendis, caussis agendis, omnibus scriptis, graecis, latinis, omni denique uarietate litterarum mearum te non modo ijs, quos uidissemus, sed ijs, de quibus audissemus, omnibus anteferrem. Quaeres fortasse, quid sit, quod ego hoc nescio quid gratulationis, & honoris a senatu tanti aestimem. agam iam tecum familiariter, ut est & studijs, & officijs nostris mutuis, & summa amicitia dignum, & necessitudine etiam paterna. Si quisquam fuit umquam remotus & natura, & magis etiam, ut mihi quidem sentire uideor, ratione, atque doctrina ab inani laude, & sermonibus uulgi; ego profecto is sum. testis est consulatus meus: in quo, sicut in reliqua uita, fateor ea me studiosè secutum, ex quibus uera gloria nasci posset, ipsam quidem gloriam per se numquam putauì expetendam. itaque & prouinciam ornata, & spem non dubiam triumphì neglexi. sacerdotium denique, cum, quemadmodum te existimare arbitror, non difficillime consequi possem, non appetiui. idem post iniuriam acceptam, quam tu reip. calamitatem semper appellas, meam non modo non calamitatem, sed etiam gloriam, studui quam ornata senatus, populiq. R. de me iudicia intercedere. itaque & augur postea fieri uolui, quod antea neglexeram: & eum honorem, qui a senatu tribui rebus bellicis solet, neglectum a me

PP 3 olim

graece etiã Cicerò scripsit, ut commentarium de consulatu suo. ep. i. lib. 2. ad Att.

ep. 2. lib. 5.

si in prouinciã irem,

exsilium suum significat.

uide oratione 2. in Antonii & in principio de claris orat. & Plut.

olim, nunc mihi expetendum puto. Huic meae uoluntati, in qua inest aliqua uis desiderij ad sanandum uulnus iniuriae, ut saneas, adiutorque sis, quod paullo ante me negaram rogaturum, uehementer rogo, sed ita, si non ieiunum hoc nescio quid, quod ego gessi, contemnendum uidebitur, sed tale, atque tantum, ut multi, nequam paribus rebus, honores summos a senatu consecuti sint. Equidem etiam mihi illud animaduertisse uideor (scis enim, quam attentete audire soleam) te non tam res gestas, quam mores, instituta, atque uitam imperatorum spectare solere in habendis, aut non habendis honoribus. quod si in mea causa considerabis; reperies me exercitu imbecillo contra metum maximi belli firmissimum praesidium habuisse aequitatem, & continentiam. his ego subsidijs ea sum consecutus, quae nullis legionibus consequi potuissem: ut ex alienissimis socijs amicissimos, ex infidelissimis firmissimos redderem; animosq. nouarum rerum exspectatione suspensos, ad ueteris imperij beneuolentiam traducerem. Sed nimis haec multa de me, praesertim ad te, a quo uno omnium sociorum querellae audiuntur. cognosces ex ijs, qui meis institutis se recreatos putant. cumq. omnes uno prope consensu de me apud te ea, quae mihi optatissima sunt, praedicabunt: tum duae maximae clientelae tuae, Cyprus insula, & Cappadociae regnum, tecum de me loquentur: puto etiam

triumphum .

cum in senatu
sententiã dicisduabus legioni
bus. ep 15. l. 5.
ad Att. & hic
ep. 9. lib. 3. & 1.
huius lib.cum Appii in-
stitutis afflicti
essent. ad Att.
lib. 5. ep. 16 &
lib 6. ep 1.

etiam regem Deiotarum, qui uni tibi est maxime necessarius. quae si etiam maiora sunt; & in omnibus saeculis pauciores uiri reperti sunt, qui suas cupiditates, quam qui hostium copias, uincerent: est profecto tuum, cum ad res bellicas, haec, quae rariora, & difficiliora sunt, genera uirtutis adiunxeris, ipsas etiam illas res gestas instiores esse, & maiores, putare. Extremum illud est, ut, quasi diffidens rogationi meae, philosophiam ad te allegem: quae nec mihi carior ulla unquam res in uita fuit, nec hominum generi maius a deis munus ullum est datum, haec igitur, quae mihi tecum communis est, societas studiorum, atque artium nostrarum, quibus a pueritia dedi, ac deinde soli prope modum nos philosophiam illam ueram, & antiquam, quae quibusdam otij esse, ac desidia uidetur, in forum, atque in remp. atque in ipsam aciem paene deduximus, tecum agit de mea laude: cui negari a Catone fas esse non puto. quamobrem sic tibi persuadeas uelim: si mihi tua sententia tributus honos ex meis litteris fuerit, me existimaturum, cum auctoritate tua, tum beneuolentia erga me mihi, quod maxime cupierim, contigisse. Vale.

ARG. Excusat se, quod Ciceroi supplicationem non decreuerit; & tamen dec etiam gaudet; seq. de illo honorificentius dicit sensisse, quam eos, qui supplicationem decreuerunt.

M. Cato s. d. M. Ciceroni imp. 5

Q U O D & resp. me, & nostra amicitia

P P 4 horta-

magis place-
ret, illustrior
res,

uide prooemiu
paradoxorum.

negauit tamā,
ut patet in ep.
sequenti, & XI.
lib. 8. & I. & I.
lib. 7. ad Att.

hoc addidit,
quia potest esse
uirtus sine in-
nocentia, nec
desunt exēpla.

uide ad Att. ep.
1. & 2. lib. 7.

excusat se,
quod suppli-
cationem non
decreuerit.
ep. xi: lib. 8.

Stoicorū enim
breuis oratio.
Stoicus autem
Cato. in orat.
pro Murena.

hortatur, libenter facio, ut tuam uirtutem, in-
nocentiam, diligentiam, cognitiam in maximis
rebus togati, armati foris pari industria admi-
nistrare gaudeam. itaque, quod pro meo indi-
cio facere potui, ut innocentia, consilioq. tuo
defensam prouinciam, seruatum Ariobarzanicum
cum ipso rege regnum, sociorum reuocatam ad
studium imperij nostri uoluntatem, sententia
mea, & decreto laudarem, feci. supplicatio-
nem decretam, si tu, qua in re nihil fortuito,
sed summa tua ratione, & continentia reip.
prouisum est, dijs immortalibus gratulari nos,
quam tibi referre acceptum maui; gaudeo. quod
si triumphi praerogatiuam putas supplicatio-
nem; & iccirco casum potius, quam te lau-
dari uis: neque supplicationem sequitur semper
triumphus: & triumpho multo clarius est, se-
natum iudicare, potius mansuetudine, & in-
nocentia imperatoris prouinciam, quam ui mili-
tum, aut benignitate deorum, retentam, atque
conseruatam esse: quod ego mea sententia cense-
bam. Atque haec ego iccirco ad te contra consue-
tudinem meam pluribus scripsi, ut, quod maxi-
me uolo, existimes me laborare, ut tibi persua-
deam, me & uoluisse tua maiestate, quod amplis-
simum sum arbitratus; & quod tu maluisti, fa-
ctum esse gaudere. Vale, & nos dilige, & insti-
tuto itinere seueritatem, diligentiamq. socijs, &
reip. praesta.

ARG. Exponit, eximia cum Catonis laude, quantam voluptatem cepit ex eius sententia, & ex gratulatione litterarum: petitque, ut sibi in adipiscendo triumpho adiutor sit, aut saltem, si adipiscatur, gaudeat.

Cicero s. D. Catoni. 6

LAETVS sum laudari me, inquit Hec̄tor, opinor apud Naevium, abs te pater laudato uiro. ea est enim profecto iucunda laus, quae ab ijs proficiscitur, qui ipsi in laude uixerunt. ego uero, uel gratulatione litterarum tuarum, uel testimonijs sententiae dictae, nihil est, quod me non affecutum putem. idq. mihi tum amplissimum, tum gratissimum est, te libenter amicitiae dedisse, quod liquido ueritati daves. & si non modo unus, uerum etiam multi Catones essent in ciuitate nostra, in qua unum exstisse mirabile est: quem ego currum, aut quam lauream cum tua laudatione conferrem? nam ad meum sensum, & ad illud sincerum, ac subtile iudicium nihil potest esse laudabilius, quam ea tua oratio, quae est ad me perscripta a meis necessarijs. sed causam meae uoluntatis (non enim dicam, cupiditatis) exposui tibi superioribus litteris. quae etiam si parum iusta tibi uisa est, hanc tamen habet rationem, ut non nimis concupiscendus honos, sed tamen, si deseratur a senatu, minime aspernandus esse uideatur. spero autem illum ordinem, pro meis ob remp. susceptis laboribus, me non indignum honore, uisitato praesertim, existimaturum. quod si ita erit;

opinor, aut ne uideatur, homo consularis, & paene sexagenarius, poetas lectitare.

plures erant Catones, sed unus uere Cato, nominatur enim C. Cato ep. 2. 4. 5, 6. lib. 1.

quia supplicatione non decreuit.

triumpho.

erit ; tantum ex te peto , quod amicissime scribis ;
ut cum tuo iudicio , quod amplissimum esse arbi-
traris , mihi tribueris ; si id , quod maluero , ac-
ciderit , gaudeas . sic enim fecisse te , & sensisse ,
& scripsisse uideo : resq. ipsa declarat , tibi il-
lum honorem nostrum supplicationis fuisse iu-
cundum , quod scribendo affuisti . haec enim s. c.
non ignoro ab amicissimis eius , cuius de honore
agitur , scribi solere . Ego , ut spero , te prope-
diem uidebo , atque utinam rep. meliore , quam
timeo . Vale .

ad Att. ep. 3.
lib. 7.

iam emergebat
inter Caesarē,
& Pompeium
discordia.

A R G. Gratulatur Marcello de fratre patruele consule
designato : petitq. ab eo , ut sibi quamprimum , annuo in-
perio finito , successor mittatur.

Cic. procos. s. D. M. Marcello cos. 7

ep. 4, lib. 8.

ultimas nō or-
bis terrae, sed
imperii Roma-
ni.

eius gratia cō-
sulem factū C.
Marcellum, li-
gnificat :

idem in lib. de
claris orat:

T E & pietatis in tuos , & animi in rep.
& clarissimi atque optimi consulatus, C. Marcel-
lo cōsule facto, fructum cepisse, uehementer gau-
deo . non dubito , quid praesentes sentiant . nos
quidem longinqui, et a te ipso missi in ultimas gen-
tes, ad caelum mehercule te tollimus uerissimis, ac
iustissimis laudibus . nam cum te a pueritia tua uni-
ce dilexerim ; tuq. me in omni genere semper am-
plissimum esse & uolueris , & iudicaris : tamen,
hoc uel tūo facto, uel populi R. de te iudicio, multo
acrius , uehementiusq. diligo ; maximaq. laetitia
afficior , cum ab hominibus prudentissimis , ui-
risq. optimis , omnibus dictis , factis , studiis , in-
stitutis uel me tui similem esse audio , uel te mei
unum uero si addis ad praeclarissimas res consula-
tus



tustui, ut, aut mihi succedat quamprimum aliquis, aut ne quid accedat temporis ad id, quod tui mihi & s. c. & lege finisti: omnia me per te consecutum putabo. Cura ut ualeas, & me absentem diligas, atque defendas. Quae mihi de Parthis nunciata sunt; quia non putabam a me etiam nunc scribenda esse publice, propterea ne pro familiaritate quidem nostra uolui ad te scribere; ne, cum ad consulem scripsissem, publice uiderer scripsisse. Vale.

ARG. C. Marcello de consulatu gratulatur: suamq. illi dignitatem commendat.

Cicero procons. s. d. C. Marcello

cos. des.

MAXIMA sum laetitia affectus, cum audiui te consulem factum esse: eumq. honorem tibi deos fortunare uolo, atque a te pro tua, parentisq. tui dignitate administrari. nam cum te semper dilexi, amauique, quod mei amantissimum cognoui in omni uarietate rerum mearum: tum patris tui pluribus beneficijs, uel defensus tribus temporibus, uel ornatus secundis, necesse est, ut et sim totus uester, & esse debeam: cum praesertim matris tuae, grauissimae, atque optimaem feminae, maiora erga salutem, dignitatemq. meam studia, quam erant a muliere postulanda, perspexerim. quapropter a te peto maiorem in modum, ut me absentem diligas, atque defendas. Vale.

ARG.

Marcello enim
& Sulpicio
cos. iuit in pro
uinciam.

nondum enim
fatis cert.

hic est, qui ex
8 octauia, Augu
sti sorore, Mar
cellum genuit
de quo Virg.
lib. 6.

in honoribus,
& laboribus,
dixit ep. 4. lib.
13. & ep. 29.
eiusdem libri,
& hic in ea,
quae sequitur,
proxima.

ARG. Graculatur C. Marcello de filio consule facto. erat autem collega Ciceronis in auguratu: ac libros quoque de iure augurali composuit. lib. 2. de Diuin. & Carisus.

Cicero procos. s. d. C. Marcello
collegae.

MARCELLVM tuum consulem factum, teq. ea laetitia affectum esse, quam maxime optasti, mirum in modum gaudeo, idq. cum ipsius caussa, tum quod te omnibus secundissimis rebus dignissimum iudico: cuius erga me singularem beneuolentiam uel in labore, uel in honore perspexi: totam denique domum uestram uel salutis, uel dignitatis meae studiosissimam, cupidissimamq. cognoui. Quare gratum mihi feceris, si uxori tuae Iuniae, grauiSSimae, atque optimae feminae, meis uerbis eris gratulatus. A te id, quod consuesti, peto, me absentem diligas, atque defendas. Vale.

ARG. Commendat studiose suam existimationem consuli Marcello in supplicatione decernenda.

M. Cicero imp. s. d. C. Marcello
C. F. cos.

QUANDO id accidit, quod mihi maxime fuit optatum, ut omnium Marcellorum, Marcellinorum etiam, (mirificus enim generis, ac nominis uestri fuit erga me semper animus) quando ergo ita accidit, ut omnium uestrum studio tuus consulatus satisfacere posset, in quem meae res gestae, lausque, & honor earum potissimum incideret:

Marcellos, & Marcellinos. gentiles fuisse. Peditanus scribit.

erga me.

ut laudari, & honorari, te consule, possent.

ep. 4. & 26. l. 13.

matri consulis designati.

cideret: peto a te id, quod facillimum factu sit, non aspernante, ut confido, senatu; ut quam honorificentissimum s. c. litteris meis recitatis, faciendum cures. Si mihi tecum minus esset, quam est cum tuis omnibus; allegarem ad te illos, quibus intelligis me praecipue diligi. Patris tui beneficia in me sunt amplissima. neque enim salutis meae, neque honori amicior quisquam dici potest. frater tuus quanti me faciat, semperque fecerit, esse hominem, qui ignoret, arbitror neminem. domus tua denique tota me semper omnibus summis officijs prosecuta est. neque uero tu in me diligendo cuiquam concessisti tuorum. Quare a te peto maiorem in modum, ut me per te quam ornatisimum uelis esse, meamque. & in supplicatione decernenda, & in ceteris rebus existimationem satis tibi esse commendatam putes. Vale.

ARG. Agit gratis consuli Marcello, quod supplicationem sibi decreuerit.

Cicero imp. s. d. C. Marcello cos. II

QUANTAE tibi curae meus honos fuerit, & quam idem existiteris consul in me ornando, & amplificando, qui fueras semper cum parentibus tuis, & cum tota domo; et si res ipsa loquebatur, cognoui tamen ex meorum omnium litteris. itaque nihil est tantum, quod ego non tua causa debeam, facturusque sim cum studiose, tum libenter. nam magni interest, cui debeas: debere autem nemini malui, quam tibi; cui me cum studia

supplicatione
decernenda.

patruelis, M.
Marcellus.
Suetonius in
Iulio.

ep. xi. lib. g.

cum decretam
mihî supplica-
tionem audire.

dia communia, beneficia paterna, tuaque iam ante coniunxerant; tum accedit, mea quidem sententia, maximum vinculum, quod ita remp. geris, atque gessisti, qua mihi carius nihil est, ut, quantum tibi omnes boni debeant, quo minus tantundem ego unus debeam, non recusem. quamobrem tibi uelim ijs sint exitus, quos mereris, quos fore confido. Ego, si me nauigatio non morabitur, quae incurrebat in ipsas Etesias, propediem te, ut spero, uidebo. Vale.

eum honorem tibi deos fortunare uolo, dixit ep. 8. & 12.

ARG. Gratulatur de consulari; petitque, ut operam det, ne quid sibi temporis ad suum annum provinciale munus addatur.

qui Catilinam lege Plautia in terrogarat. Salustius.

Cicero imp. s. D. L. Paulo. cos. des. 12

ETSI mihi numquam fuit dubium, quin te populus R. pro tuis summis in remp. meritis, & pro amplissima familiae dignitate, summo studio, cunctis suffragijs consulem facturus esset; tamen incredibili laetitia sum affectus, cum id mihi nunciatum est: eumque honorem tibi deos fortunare uolo, a teque ex tua, maiorumque tuorum dignitate administrari. atque utinam praesens illum diem, mihi optatissimum, uidere potuissem, proque tuis amplissimis erga me studiis, atque beneficiis tibi operam meam, studiumque nauare. quam mihi facultatem quando hic nec opinatus, & improuisus prouinciae casus eripuit: tamen, ut te consulem remp. pro tua dignitate gerentem uidere possim, magnopere a te peto, ut operam des,

Acad. r. sic locutus. alibi tamen dixit, inopinatum.

des, efficias, ne quid mihi fiat iniuriae, ne ue quid temporis ad meum annum munus accedat. quod si feceris; magnus ad tua pristina erga me studia cumulus accedet. Vale.

ARG. Petit, ut de suis rebus gestis quam honorificentissimis decernendum curet; suamq. illi etiam certis in rebus existimationem commendat.

Cicero imp. s. d. Paulo. 13

MAXIME mihi fuit optatum, Romae esse tecum, multas ob causas, sed praecipue, ut & in petendo, & in gerendo consulatu meum tibi debitum studium perspicere posses. ac petitionis quidem tuae ratio mihi semper fuit explorata: sed tamen nauare operam uolebam. in consulatu uero cupio equidem te minus habere negotij: sed inolesto fero, me consulem tuum studium adolescentis perspexisse, te meum, cum id aetatis sim, perspicere non posse. sed ita fato nescio quo contigisse arbitror, ut tibi ad me ornandum semper detur facultas, mihi ad remunerandum nihil suppetat praeter uoluntatem. ornasti consulatum, ornasti reditum meum. incidit meum tempus rerum gerendarum in ipsum consulatum tuum. itaque cum & tua summa amplitudo, & dignitas, & meus magnus honos, magnaq. existimatio postulare uideatur, ut a te pluribus uerbis contendam, ac petam, ut quam honorificentissimum s. c. de meis rebus gestis faciendum cures: non auido uehementer a te contendere; ne aut ipse

tuae

correctio ad id, quod dixerat, in petendo.

studiis, & officiis tuis.

in Amano,

ep 4.

Significat praedicari a se etiā in prouincia, quātum Paulo debeat.

C. Marcellum
eae litterae nō
exstant.

quam antea suscepisti.

absens supplicationes, praesens triumphū,

quaestor cum
M. Crasso in
Syriam ierat.

puto esse quem
lib. 2. commen-
dat Coelio, &
Papinio Pacto
ep. 25. lib. 9.

tuae perpetuae consuetudinis erga me oblitus esse uidear, aut te oblitum putem. quare, ut te uelle arbitror. ita faciam; atque ab eo, quem omnes gentes sciunt de me optime meritum, breuiter petam. Si alij consules essent; ad te potissimum Paulle mitterem, ut eos mihi quamamicissimos redderes. nunc, cum tua summa potestas, summaque auctoritas, notaque omnibus nostra necessitudo sit; uehementer te rogo, ut & quamhonorificentissime cures decernendum de meis rebus gestis, & quamcelerrime. dignas res esse & honore, & gratulatione, cognosces ex ijs litteris, quas ad te, & ad cōllegam, & senatum publice misi: omniumque mearum reliquarum rerum, maximeque existimationis meae procurationē, susceptam, uelim habeas; in primisque tibi curae sit, quod abs te superioribus quoque litteris petiui, ne mihi tempus prorogetur. cupio te consulem uideri, omniaque, quae spero, cum absens, tum etiam praesens te consule assequi. Vale.

ARG. Significat se ea facturum Fabij causa, quae, Cassius rogarat; dolo, se Cassium non uidisse ad urbem ex prouincia redeuntem: rogat, operam det, ne quid sibi ad annuam prouinciam temporis prorogetur.

Cicero s. D. C. Cassio pro quaes. 14

M. FABIVM quod mihi amicum tua commendatione das, nullum in eo facio quaestum. multi enim anni sunt, cum ille in aere meo est, & a me diligitur propter summam suam humanitatem, & obseruantiam. sed tamen, quod te ab

eo egregie diligi sensi, multo amicior ei sum factus. itaque quamquam profecerunt litterae tuae; tamen aliquando plus comendationis apud me habuit animus ipsius erga te mihi perspectus, & cognitus. Sed de Fabio faciemus studiose, quae rogas. Tu, multis de causis uellem, me conuenire potuisses: primum, ut te, quem iamdiu plurimi facio, tanto interuallo uiderem: deinde, ut tibi, quod feci per litteras, possem praesens gratulari: tum, ut, quibus de rebus uellemus, tu tuis, ego meis, inter nos communicarem: postremo, ut amicitia nostra, quae summis officijs ab utroque culta est, sed longis interuallis temporum interruptam consuetudinem habuit, confirmaretur uehementius. id quando non accidit, utemur bono litterarum, & eadem fere absentes, quae si coram essemus, consequemur. unus scilicet ille fructus, qui in te uidendo est, percipi litteris non potest. alter gratulationis est, is quidem exilior, quam si tibi, te ipsum intuens, gratularer: sed tamen & feci ante, & facio nunc, tibi. cum pro rerum magnitudine, quas gessisti, tum pro opportunitate temporis gratulor, quod te de provincia decedentem summa laus, & summa gratia provincia profecuta est. Tertium est, ut id, quod de nostris rebus coram communicassemus inter nos, conficiamus idem litteris. ego ceterarum rerum causa tibi Romam properandum magnopere censeo. nam & ea, quae reliqui, tran-

triennio enim ante in Syriam quaestor Cassius ierat cum Crasso, L. Domitio, & Ap. Claudio cos.

Parthos, post necem Craisi,

quilla

deuicerat. Iu-
stinus lib. 42
Velleius lib. 42

ideo dixit ep. 7
& S. C. & lege.

Paulum, con-
sule designatū:
Curionem tri-
bunum pl. desi-
gnatum, item
Furniū, ep. 18.
l. 5. ad Act.

cuius soror u-
xor erat Calsi
Plut. in Bruto.

quilla de te erant: et hac tua recenti uictoria tan-
ta clarum aduentum tuum fore intelligo. sed,
si quae sunt onera tuorum; si tanta sunt, ut ea
sustinere possis; nihil tibi erit lautius, nihil glo-
riosius: sin maiora; considera, ne in alienissimum
tempus cadat aduentus tuus. huius rei totum con-
siliū tuum est. tu enim scis, quid sustinere possis,
si potes; laudabile, atque populare est: sin plane
non potes; absens hominum sermones facilius sus-
tinebis. De me autem idem tecum his ago litte-
ris, quod superioribus egi, ut omnes tuos nervos
in eo contendas, ne quid mihi ad hanc provinci-
am, quam & senātus, & pōpulus annuam esse
uoluit, temporis prorogetur. hoc a te ita conten-
do, ut in eo fortunas meas positas putem. habes
Pāullum nostrum nostri cupidissimum: est Cūrius
est Fūrnius. sic uelim enitare, quasi in eo sint mi-
hi omnia. Extremum illud est de ijs, quae propo-
sueram, confirmatio nostrae amicitiae: de qua plu-
ribus uerbis nihil opus est. tu puer me appetisti:
ego autem semper ornamento te mihi fore duxi;
fuiſti etiam praesidio tristissimis meis tempori-
bus. accessit post tuum discessum familiariter mi-
hi cum Bruto tuo maxima. itaque in uestro inge-
nio, & industria mihi plurimum & suauitatis,
& dignitatis constitutum puto. id tu ut tuo studio
confirmes, te uehementer rogo, litterasq. ad me
& continuo mittas, & cum Romam ueneris,
quam saepissime. Vale.

A. R. G. Probat suum consiliū de bello ciuili non renouādo.

Cicero s. D. Caisio.

15

ETSI ūterque nostrum, spe pacis, & odio ciuilis sanguinis, abesse a belli pertinacia uoluit: tamen, quando eius consilij princeps ego fuisse uideor, plus fortasse tibi praestare ipse debeo, quam a te expectare. etsi, ut saepe soleo mecum recordari, sermo familiaris meus tecum, & item mecum tuus adduxit utrumque nostrum ad id consilium, ut uno proelio putaremus si non totam caussam, at certe nostrum iudicium desiniri conuenire. neque quisquam hanc nostram sententiam uere umquam reprehendit, praeter eos, qui arbitrantur melius esse deleri omnino remp. quam imminutam & debilitatam manere. ego autem ex interitu eius nullam spem scilicet mihi proponebam, ex reliquijs magnam. sed ea sunt consecuta, ut magis mirum sit accidere illa potuisse, quam nos non uidisse ea futura, nec, cum homines essemus, diuinare potuisse. equidem fateor meam coniecturam hanc fuisse, ut, illō quasi quodam fatali proelio facto, & uictores communi saluti consulere uellent, & uicti suae. utrumque autem positum esse arbitrabar in celeritate uictoris. quae si fuisset, eandem clementiam experta esset Africā, quam cognouit Asia, quam etiam Acha-

uterque enim, uicto in Thessalia Pompeio, se Caesari tradidit.

ut statuere-
mus, deponenda ne essent, at
ma, an retinenda.

eleganter usur-
patum pro ni-
mirum. ep. 6.
lib. 1.

Pharsalico.

quae tum bello
Scipione du-
ce reparabat.

LL 2 praeser-

praesertim in bellis ciuilibus, interpositus annus
 alios induxit, ut uictoriam sperarent, alios, ut
 ipsum, uinci, contemnerent. atque horum maxi-
 morum omnium culpam fortuna sustinet. quis e-
 nim aut Alexandrini belli tantam moram huic
 bello adiunctum iri, aut nescio quem istum Phar-
 nacem Asiae terrorem illaturum putaret? nos
 tamen, in consilio pari, casu dissimili usi sumus.
 tu enim eam partem petisti, ut & consilijs in-
 teresses, & quod maxime curam leuat, futu-
 ra animo prospicere posses: ego, qui festinaui,
 ut Caesarem in Italia uiderem, (sic enim arbi-
 trabamur) eumque, multis honestissimis uiris
 conseruatis, redeuntem, ad pacem currentem,
 ut aiunt, incitarem, ab illo longissime & absum,
 & absui: uersor autem in gemitu Italiae, & in
 urbis miserimis querellis: quibus aliquid opis
 fortasse, ego pro mea, tu pro tua, pro sua quisque
 parte ferre potuisset, si auctor affuisset. Quare ue-
 lim pro tua erga me perpetua beneuolentia scri-
 bas ad me, quid uideas, quid sentias, quid exspe-
 ctandum, quid agendum nobis existimes. magui
 erunt mihi tuae litterae. atque utinam primis il-
 lis, quas Luceria miseris, paruissim. sine ulla e-
 nim molestia dignitatem meam retinuissim. Vale.

A R G. Iocatur in opiniones Epicureorum, id est in ipsum
 Casium, qui epicuri sectam sequi coeperat.

Cicero procos. s. D. Cassio. 16

P V T O te iam suppudere, cum haec te ter-

Mithridaris fi-
 lium, quē mox
 Caesar unica
 pugna profliga-
 uit: unde illud
 Veni, uidi, uici.

cum Caesar cō-
 tra Pharnacem
 in Ponto bellū
 gereret,

Caesar, quo au-
 ctore publicis
 uulneribus me-
 deremur.

suadebas enim
 ut ab armis ab-
 stinerem.
 scripta uidentur
 gerente bellum
 Caesare in Hi-
 spania contra
 Pōpeiū liberos
 quod indicat
 epist. 17.

etiam epistola ante oppressit, quam tu schedulam, aut litteram. sed non urgeo: longiores enim expectabo, uel potius exigam. ego, si semper haberem, cui darem, uel ternas in hora darem. fit enim nescio quid, ut quasi coram adesse uideare, cum scribo aliquid ad te: neque id uat εἰδῶλον φαντασίας, ut dicunt tui amici noui, qui putant etiam διαφαντικὰς φαντασίας spectris Catiianis excitari. nam, ne te fugiat, Catiū's Insulber Epicureus, qui nuper est mortuus, quae ille Gargētius, et iam ante Democritus, εἰδῶλα, hic spectra nominat. his autem spectris etiam si oculi possent feriri, quod uelis ipsa currunt; animus qui possit, ego non uideo. doceas tu me oportebit, cum saluus ueneris, in mea ne potestate sit spectrum tuum, ut, simul ac mihi cohibitum sit de te cogitare, illud occurrat. neque solum de te, qui mihi haeres in medullis: sed, si insulam Britanniam coepero cogitare, eius εἰδῶλον mihi aduolabit ad pectus? sed haec posterius. tento enim te, quo animo accipias. si enim stomachum habere, & moleste feres; plura dicemus; postulabimusque, ex qua haeresi ui hominibus armatis deiectus sis, in eam restituare. in hoc interdicto non solet addi, In hoc anno. quare si iam biennium, aut triennium est, cum uirtuti nuncium remisisti, delentus illecebris uoluptatis; in integro res nobis erit. Quamquam quicum loquor? cum uno fortissimo uiro: qui, postea, quam forum attigisti, ni-

ℚ ℚ 3 bil

quasi debitas.

Epicurei. ep. 19

scripsit quaedam. Quintus, lib. 10. cap. 1. & Horatius Epicurus, Gargētius appellatus, ex pagis de quo Laertius.

quod irridere uideat Epicureorum sententias.

perfecta metaphora, nuncium remisisti, delentus illecebris uoluptatis.

hil fecisti, nisi plenissimum amplissimae dignitatis. in ista ipsa *αἰπέσει* metuo ne plus neruorum sit, quam ego putarim, si modo eam tu probas. Quid tibi in mentem uenit, inquires? Quia nihil habebam aliud, quod scriberem. de rep. enim nihil scribere possum. neque enim, quod sentio, libet scribere. Vale.

ARG. Queritur de tabellariorum importunitate, scribit de Syllae morte, de rumoribus Hispanici belli, de Pansa, de Casij commoratione Brundisina.

Cicero s. D. Casio.

17

PRAEPOSTEROS habes tabellarios: etsi me quidem non offendunt: sed tamen, cum a me descendunt, flagitant litteras: cum ad me ueniunt, nullas afferunt. atque id ipsum facerent commodius, si mihi aliquid spatij ad scribendum darent: sed petasati ueniunt: comites ad portam exspectare dicunt. ergo ignosces alteras habebis has breues: sed exspecta *πάρτε* *πρὸς πᾶν*. etsi quid ego me tibi purgo, cum tui ad me inanes ueniant, ad te cum epistolis reuertantur? Nos hic, (tamen ad te scribam aliquid) P. Syllam patrem mortuum, habebamus. alij, a latronibus, alij, cruditate, dicebant. populus non curabat. combustum enim esse constabat. hoc tu pro sapientia tua feres aequo animo. quamquam *ἑρῶστων* *πῶ* *λεως* amisimus. Caesarem putabant moleste laturum, uerentem ne hasta refrixisset. M. Iulius Marcellus, & A. Silius pigmentarius ualde gaudebant

Caesarianis omnia ex libidine administrantibus.

ep. 20 lib. 12.

uide ep. 19. huius l. & lib. 1. 9 & lib. 2. de officiis.

ad quam emebat Sylla post peritiam b. u. na ep. 19.

debant se aduersarium perdidisse. De Hispania nihil, sed exspectatio ualde magna: rumores tristes, sed ἀδέσποτοι. Pansa noster paludatus ad III. Kal. Ian. profectus est: ut quiuis intelligere posset, id quod tu nuper dubitare coepisti, τὸ καλὸν δὲ αὐτὸ αἰρετὸν esse. nam, quod multos miseris leuauit, & quod se in his malis hominem praebuit; mirabilis eum uirorum bonorum beneuolentia profecta est. Tu quod adhuc Brundisii moratus es, ualde probo, et gaudeo. & me hercule puto te sapienter facturum, si ἀνεύροσος fueris. nobis quidem, qui te amamus, erit gratum. Et, amabo te, cum dabis posthac aliquid domum litterarum, mei memineris. ego numquam quemquam ad te, cum sciam, sine meis litteris ire patiar. Vale.

Philipp. 5. &
Festus.

quia nuper R-
picureus factus es.
cum gratia, &
auctoritate ualeret apud Caesarem;

ARG. Excusat breuitatem epistolae, festinatione tabellarij; scribit de statu reip. de Hispania, de Calsij absentia.

Cicero s. D. Calsio. 18

LONGIOR epistola fuisset, nisi eo ipso tempore petita esset a me, cum iam iretur ad te: longior etiam, si φλύαροι aliquem habuisset. nam πρὸς ἀζεν sine periculo uix possumus. ridere igitur, inquires, possumus. non mehercule facillime: uerumtamen aliam aberrationem a molestijs nullam habemus. ubi igitur, inquires, philosophia? tua quidem in culina: mea molesta est. pudet enim seruire. itaque facio, me alias res agere; ne conuicium Platonis audiam. De Hispania

cura philosophia solatium & oblectationem nō petis?

QQ 4 nihil



epist. 14.

nihil adhuc certi, nihil omnino noui. Te abesse, mea causa moleste fero, tua gaudeo. Sed flagitat tabellarius, ualebis igitur, meque, ut a puero fecisti, amabis.

AR. G. respondet ad duas epistolas, quae ante Proximam superiorem leguntur: maxime autem Epicurum, & Epicureos, quorum ipse in numero erat, a studio uirtutis, & iustitiae laudat.

Cassius s. d. Ciceroni. 19

epist. 16.

Pli l. 13. c. 15.
& Horatius
Sae. 7 l. 1.
Festus i. dictione
ne Paludati.

Epicurei: cuius
uerba ab honesto,
& iusto de
torquent.

NON mehercule in hac mea peregrinatione quidquam libentius facio, quam scribo ad te. uideor enim cum praesente loqui, & iocari. nec tamen hoc usu uenit propter spectra Catiana: pro quo tibi proxima epistola tot rusticos Stoicos regeram, ut Catium Athenis natum esse dicas. Pansam nostrum secunda uoluntate hominum paludatum ex urbe exisse, cum ipsius causa gaudeo, tum mehercule etiam omnium nostrum. spero enim homines intellecturos, quanto sit omnibus odio crudelitas, & quanto amori probitas, & clementia; atque ea, quae maxime mali petant, concupiscant, ad bonos peruenire. difficile est enim hominibus persuadere, τὸ καλὸν δι' αὐτὸ ἀρετὸν esse: ἠδονὴν uero, & ἀναληθειαν uirtute, iustitia, & καλῶ παραί, & uerum, & probabile est. ipse enim Epicurus, a quo omnes Catij, & Amasini, mali uerborum interpretes, proficiscuntur, dicit, οὐκ ἐστὶν ἠδέως ἀνδρὶ τοῦ γαλῶς καὶ δικαίως ζῆν. itaque et Pansa, qui ἠδονὴν sequitur, uirtutem retinet: & ij, qui

qui a nobis φιλόδοχοι uocantur, sunt φιλόκαλοι,
 & φιλοδίκαιοι, omnesq. uirtutes & colunt, &
 & retinent. itaque Sylla, cuius iudicium pro-
 bare debemus, cum dissentire philosophos uide-
 ret, non quaesuit, quid bonum esset, & omnia
 bona cōemittit. cuius ego mortem forti mehercu-
 le animo tuli. nec tamen Caesar diutius nos
 eum desiderare patietur. nam habet damnatos,
 quos pro illo nobis restituat: nec ipse sectorem
 desiderabit, cum filium uiderit. Nunc, ut ad
 remp. redeam, quid in Hispanijs geratur, rescri-
 be. peream, nisi sollicitus sum, ac malo uete-
 rem, & clementem dominum habere, quam no-
 uum, & crudelem experiri. scis, Cnaeus quam
 sit fatuus: scis, quo modo crudelitatem uirtutem
 putet: scis, quam se semper a nobis derisus pu-
 tet. uereor, ne nos, rustice gladio uelit ἀντιμουκτα
 πίσαι. quid fiat, si me diligis, rescribe. Hui quam
 uelim scire, utrum ista sollicito animo, an solūto
 agas. sciam enim eodem tempore, quid me facere
 oporteat. Ne longior sim, uale, & me, ut fa-
 tis, ama. Si Caesar uicit, celeriter me expecta.

ARG. Scribit, se ad illum mittere librum suum de per-
 fecto oratore; laudat in Sabina gente fidem, & probitatem:
 petit ab eo creberrimas litteras.

Cicero s. D. C. Trebonio. 20

ORATOREM mēum (sic enim inscripsi)
 Sabinō tuo commendauī. natio me hominis im-
 pulit, ut ei recte putarem. nisi forte candidato-
 rum

emittit in iudicio.
 ne, quidquid
 potuit de bo-
 nis proscripto-
 rum ciuū, do-
 minantibus pri-
 mū Sylla, de-
 inde Caesare.
 ep. 17.
 Caesarem po-
 tius, quam Cn.
 Pompeiū, Ma-
 gni filium.
 ep. 14. lib. 4. &
 3. lib. 7.

hilari. tristes
 enim curis de-
 tinentur.

ep. 18 lib. 1.
 fortasse gentis
 Albiae. ad Att.
 lib. 13. ep. 14.

cum se populo
ad magistratus
petitionē, quae
sita fictis co-
gnominibus
gratia, comen-
dant.

ibat Trebonius
in Asiā ei a se-
natu decretā.
ep. 16. lib. 12.

qui metu ple-
bis ab Antonio
concitatae, mi-
litumq. uete-
ranorum, urbe
excesserat.

rūm licentia hic quoque usus, hoc subito cogno-
men arripuit. etsi modestus eius uultus, ser-
moq. constans habere quiddam a Curibus uide-
batur. Sed de Sabino satis. Tu, mi Treboni,
quando, ad amorem meum aliquantulum disce-
dens addidisti; quo tolerabilius feramus ignicu-
lum desiderij tui, crebris nos litteris appellato,
atque ita, si idem fiet a nobis. quamquam duae
causae sunt, cur tu frequentior in isto officio esse
debeas, quam nos: primum, quod olim solebant,
qui Romae erant, ad prouinciales amicos de rep.
scribere: nunc tu nobis scribas oportet: res e-
nim publica istic est: deinde, quod nos alijs of-
ficijs tibi absentis satisfacere possumus; tu nobis,
nisi litteris, non uideo, qua re alia satisfacere
possis. sed cetera scribes ad nos postea: nunc haec
primo cupio cognoscere; iter tuum cuiusmodi sit;
ubi Brūtum nostrum uideris; quam diu simul
fueris; deinde, cum processeris longius: de bel-
licis rebus, de toto negotio: ut existimare pos-
simus, quo statu simus. ego tantum me scire pu-
tabo, quantum ex tuis litteris habebō cogni-
tum. Cura ut ualeas, meq. ames amore illo tuo
singulari.

A R G. Rogat, ut sui absentis desiderium crebris, & lon-
gis epistolis leniat: enumerat Trebonij erga se officia; ex-
ponit, de Caluo iam mortuo quid sentiat, periisse enim Cal-
uum ante, quam haec epistola scriberetur, id est ante Cae-
saris necem, patet ex libro, qui, Brutus inscriptus est.

Cicero

ET EPISTOLAM tuam legi libenter,
 & librū libentissime. sed tamen in ea uoluptate hunc accepi dolorem, quod, cum incendiſſes cupiditatem meam conſuetudinis augendae noſtrae, (nam ad amorem quidem nihil poterat accedere) tum diſcedis a nobis, meq. tanto deſiderio afficis, ut unam mihi conſolationem relinquant, fore, ut utriuſque noſtrum abſentis deſiderium crebris, & longis epiſtolis leniatur. quod ego non modo de me tibi ſpondere poſſum, ſed de te etiam mihi. nullam enim apud me reliquiſti dubitationem, quantum me amares. nam, ut illa omittam, quae, ciuitate teſte, feciſti, cum mecum inimicitias communiciſti; cum me concionibus tuis deſendiſti; cum quaeror in mea, atque in publica cauſa conſulum partes ſuſcepisti; cum tribūno pl. quaeror non paruisti, cui tuus praefertim collega pareret: ut haec recentia, quae meminero ſemper, obliuiſcar; quae tua ſollicitudo de me in armis, quae laetitia in reditu, quae cura, qui dolor, cum ad te curae, & dolores mei perferentur; Brundiſium denique te ad me uenturum fuiſſe, niſi ſubito in Hiſpaniā miſſus eſſes: ut haec igitur omittam, quae mihi tanti aeſtimanda ſunt, quanti uitam aeſtimo, & ſalutem meam: liber iſte, quem mihi miſiſti, quantum habet declarationem amoris tui? primum, quod

de quo uide
 ep. 16. lib. 12.

acceſſiſſe tamen
 aliquid, in pro-
 xima ſuperiore
 epiſtola dixit.

P. Clodio:

cum poſt Phar-
 ſalicam pugna
 in italiā rediit.
 ep. 35. lib. 10.

minuendi uim
habet, Sic, ut
apud Terentiū
in Heaut. Sic
satis. & ep. 13.
l. 15. ad Att.

uide Tacitū in
dialogo de ora-
toribus.

in lib. de claris
orat.

id facit ep. 11. l.
3 & ep. 8 l. 12.
& alibi sapif.
sime.

quod tibi facetum uidetur, quidquid ego dixi;
quod alijs fortasse non item: deinde, quod illa,
sive faceta sunt, sive sic, sunt, narrante te, ue-
nustissima: quin etiam, ante quam ad me uenia-
tur, risus omnis paene consumitur. quod si in his
scribendis nihil aliud, nisi, quod necesse fuit, de
uno me tam diu cogitaui: ferreus essem, si
te non amarem. cum uero ea, quae scriptura per-
secutus es, sine summo amore cogitare non po-
tueris: non possum existimare, plus quemquam
a se ipso, quam me a te, amari. cui quidem e-
go amori, utinam ceteris rebus possem, amore
certe respondebo. quo tamen ipso tibi confido fu-
turum satis. Nunc ad epistolam uenio. cui co-
piose, & suauiter scriptae, nihil est, quod mul-
ta respondeam. Primum enim ego illas Cal-
uo litteras misi, non plus, quam has, quas nun-
legis, existimans exituras. aliter enim scri-
bimus, quod eos solos, quibus mittimus; ali-
ter, quod multos lecturos putamus. deinde, in-
genium eius melioribus extuli laudibus, quam
tu id uere potuisse fieri putas. primum, quod
ita iudicabam. acute mouebatur: genus quod-
dam sequebatur, in quo iudicio lapsus, quo uale-
bat tamen, assequebatur, quod probaret. mul-
tae erant, & reconditae litterae: uis non erat:
ad eam igitur adhortabar. in excitando autem, et
in acuendo, plurimum ualet, si laudes eum, quem
cohortere. Habes de Caluo iudicium, & consi-
lium

filium meum; consilium, quod, hortandi caussa,
laudavi; iudicium, quod de ingenio eius ualde
existimavi bene. Reliquum est, tuam profectio-
nem amore prosequar, reditum spe exspectem,
absentem memoria colam, omne desiderium litte-
ris mittendis, accipiendisq. leniam. Tu, uelim,
tua in me studia, & officia multum tecum recor-
dere: quae cum tibi liceat, mihi nefas sit obliui-
sci; non modo uirum bonum me existimabis, ue-
rum etiam te a me amari plurimum iudicabis.
Vale.

causa hortandi
laudavi
iudicium
existimavi bene
reliquum est
tuam profectio-
nem amore prosequar
reditum spe exspectem
absentem memoria colam
omne desiderium litte-
ris mittendis
accipiendisq. leniam
tu, uelim
tua in me studia
& officia multum tecum recor-
dere
quae cum tibi liceat
mihi nefas sit obliui-
sci
non modo uirum bonum me existimabis
uerum etiam te a me amari plurimum iudicabis
vale

si tua in me of-
ficia tecum re-
cordaberis.

causa hortandi
laudavi
iudicium
existimavi bene
reliquum est
tuam profectio-
nem amore prosequar
reditum spe exspectem
absentem memoria colam
omne desiderium litte-
ris mittendis
accipiendisq. leniam
tu, uelim
tua in me studia
& officia multum tecum recor-
dere
quae cum tibi liceat
mihi nefas sit obliui-
sci
non modo uirum bonum me existimabis
uerum etiam te a me amari plurimum iudicabis
vale



IV X .XII .Y211H
VERBA GRAECA,

LATINIS EXPRESSA.

EX LIBRO II.

ep. 8. πολιτικώτερον: peritiorem administran-
dae reip.

ep. 13. κωμικὸς μάρτυς: comicus testis.

EX EPISTOLA III.

ep. 7. ἕξοχή: excellentia.

eadem. δ'γένεια: nobilitas.

eadem. παρ' ἐμοὶ γε καὶ ἄλλοι Οἶκ' ἐμὲ τιμήσουσι,
μάλις δὲ μητίετα Ζῶς: apud me qui-
dem et alij, qui me colent, maxime uero
consiliarius Iuppiter,

eadem. φιλαίτιος: querulus.

ep. 9. Επικούρειον: Epicureum.

EX LIBRO IV.

ep. 4. εἰρωνδέειν: dissimulare.

eadem. εἰρωνδόμενος:

EX LIBRO VI.

ep. 3. γλαῦκ' εἰς Αθήνας: noctuam Athenas.

ep. 19. τῆς δ' ἀρετῆς ἰδρῶτα: uirtutis uero sudorē.

EX LIBRO VII.

ep. 13. πολιτδέειν: res publicas regi.

ep. 16. φιλοδέωρον: spectandi cupidum.

ep. 20. Νίκωνος περὶ πολυφαγίας: Niconis de eda-
citate.

ep. 25. γέλωτα Σαρδώνιον: risum Sardonium.

SS 4 ep. 26.